

*Itinera mea* nulla latinè prodière.

D. Baro Scheffer \* nil scripsit de electrificatione, et nescio undè ea habeas. Certè nil tale innotuit nostratibus. Sed tua sunt in Actis Upsaliensibus; et nonnulla ad tuam methodum confecta, in Actis Stockholmiensibus, ab Astronomiæ professore Stroemmero \*\*.

Hiscè diebus habui litteras à filio Halleri, quibus deprecatus est ea, quæ contrà me scripsit, quæque damnat ipse et dicit juveniles pruritus \*\*\*.

Hasselquistii manuscripta redemit Regina nostra à Turcis 14,000 thaleris; sed nondùm accessère.

*Scillam peruvianam* olim vidi, et florum structurâ mihi videbatur affinis *Ornithogalis* s. *Hyacinthis stellatis germanicis*.

*Trianthema* Tourn. 127, est *Portulacca curassavica*: Herm. par. 215. Pluk. tab. 95, f. 4, Sloan. 1, p. 205. Raj. suppl. 506; pulchrum genus quod tibi debemus.

\* SCHEFFER (H. THÉOPHILE), physicien, botaniste, Stockholm, 1710-1759.

\*\* STROEMER (MART.), astronome, physicien, Upsal, 1707-1770. Il succéda à A. Celsius dans la chaire d'astronomie d'Upsal.

\*\*\* HALLER (TH.-EMM.), Berne, 1755-1786. A l'âge de seize ans il publia un pamphlet contre Linné, intitulé : *Dubia contrà Linnæum*, dans lequel on croit reconnaître la main du père, qui soutient la faiblesse du jeune critique.